

## PROPOSITIO XXIII.

*Sanctarum Missarum officia Romanae Ecclesiae suis dominicis et sanctorum diebus fideliter observentur, ut in illis patrum traditiones humiliter custodiantur.*

5     Jesus Christus, primus et summus *pontifex* et *sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech*, non quidem leviticus, sed evangelicus, non veteris, sed novae legis, in „nocte coenae“, „pridie quam pateretur“ in cruce, in memoriam suae mortis instituit et tradidit apostolis formam et verba consecrationis sui corporis 10 et sanguinis in eucharistiae sacramento, sicut ex sanctis evangelii docetur et colligitur evidenter. *Nam, quoties hunc panem manducamus et calicem bibimus, mortem Domini annuntiamus:* prima *Ad Corinthios* undecimo circa finem. Unde cum dixit Jesus: *Hoc facite in meam commemorationem*, expresse instituit hoc sacramentum et tacite destituit agni paschalis typicum sacrificium, ut ait Isidorus super Matthaeum, et ponitur *De consecratione* distinctione secunda capitulo *Accipite*. De hoc vide quartum *Sententiarum* distinctione octava. De forma consecrationis sanguinis Christi a sanctis doctoribus verius creditur et tenetur, quod ea sit forma, 20 quae in Canone habetur, qua ex primitiva traditione apostolorum et sanctorum patrum Ecclesia utitur generalis. Sunt enim multa adiecta, quae nullus evangelistarum legitur expressisse. Lege super hoc pulchra dicta Innocentii papae tertii: *Extra, De celebratione Missarum* capitulo *Cum Martha*. Apostoli enim de forma et materia 25 huius sacramenti, sicut de Domino Iesu Christo acceperunt, ita et servaverunt et sanctae Ecclesiae tradiderunt. (*Hoc*) quoad actum celebrandi. Quoad modum seu ritum, tempus, locum atque ornatum sacrarum vestium et vasorum nonnulla, prout decuit, ordinavunt, et eorum exemplo atque doctrina similiter fecerunt successores.

16 Hieronymus CJC    24 Cum Matth H    26 Hoc fehlt H

5 Vgl. Hebr. 6, 20; 7, 17 Ps. 109, 4      7 Vgl. Hymnus „Pangue lingua gloriosi“ ChRH, 14467      8 Vgl. *Canon Missae* im Röm. Missale      10 Vgl. Matth. 26, 26 ff. (Marc. 14, 22 ff.; Luc. 22, 19 f.)      11 Vgl. I Cor. 11, 26      13 Luc. 22, 19  
17 CJC, Decr. III, 2, 88 — Frdbg. I, 1350      17 P. LOMBARDUS, *Sententiarum* lib. IV, dist. IX — ML, 192, 856 f.      23 CJC, Decr. Greg. III, 41, 6 — Frdbg. II, 636 f.

Mohlberg, Radulph de Rivo II.

Unde in gestis sextae synodi dicitur, quod „Iacobus, frater Domini secundum carnem, cui primum tradita est Hierosolymitana ecclesia, et Basilius, Caesareensis episcopus, tradiderunt nobis Missae celebrationem“: *De consecratione distinctione secunda, Iacobus.* Ab initio 5 siquidem, cum adhuc esset novella Ecclesia, „apostoli“ cum sanctificatione crucis et oratione dominica, prout in quibusdam scripturis veteribus reperitur, „et in cotidianis vestibus et ligneis calicibus celebrabant. Sed beatus Clemens“, ut dicit Gemma, „tradente beato Petro, usum sacrarum vestium ex lege superposuit. Sanctus Soter, 10 natione Campanus, qui coepit anno Domini centesimo vigesimo quinto, interdixit mulieribus „sanctas vestes altaris contingere et incensa circa altaria deferre“: distinctione vigesima tertia capitulo *Sacrosanctas*. Unde non nisi a sanctis hominibus vestimenta sacra contingant nec aliis usibus commodentur: *De consecratione distinctione prima capitulo In sanctam* et capitulo *Vestimenta*, nec „nuptiarum praestentur ornatibus: capitulo dicto Ad nuptiarum. Sanctus „Zephyrinus, decimus sextus“ papa, „vitreis vasis“, sanctus „vero Urbanus“ papa primus „argenteis“ constituit celebrari: *De consecratione distinctione prima, Vasa.* „De quibus sanctus Boni- 20 fatius, episcopus et martyr, interrogatus, an in vasis ligneis liceret confidere, respondit: Quondam sacerdotes aurei erant et calicibus ligneis utebantur“ et nunc econtra. „In his autem sicut et in reliquis cultibus magis et magis per incrementa temporum decus

---

4 Richtiger prima      10 158      13 Sacras CJC      15 Iustum H  
16 praetenditur H    c. d. H

1 Gemeint ist das „Trullanum“ (692) = Concilium Quinisextum CJC, Deer. III, 1, 47 — Frdbg. I, 1306      5 Vgl. „Cum eiusdem crucis charactere basilicae dedicantur, altaria consecrantur, altaris sacramenta cum interpositione dominicorum verborum conficiuntur“. S. AUGUSTINUS, *Sermo 247* (suppositus) Nr. 7 — ML, 39, 2204 Dieser Sermo wird Ivo CART. zugeschrieben      6 Vgl. GREGORIUS M., *Registri Epistularum*, lib. IX, ep. 12 (*ad Ioannem Syracusanum*) — ML, 77, 956f. HONORIUS AUG., *Gemma animae*, c. 86 — ML, 172, 572 WALAFRIDUS, *De exordiis et incrementis*, c. 23 MGH, LL, II, Capitularia Bd. 2, S. 496 — c. 22 ML, 114, 944 BONA, *Rerum liturgicarum*, lib. I, c. 5 (lib. II, c. 15)      7/8 HONORIUS AUG., *Gemma animae*, lib. I, c. 89 — ML, 172, 573      9 XIII Soter [s. a.] *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 135      11 CJC, Decr. I, 23, 25 — Frdbg. I, 86      Vgl. *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 135 (227)      16 CJC, Decr. III, 1, 41 und 42 — Frdbg. I, 1304f. 17 XVI Zephyrinus [s. a.] *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 139      18 XVIII Urbanus [s. a.] *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 143      19 CJC, Decr. III, 1, 44 — Frdbg. I, 1305 Vgl. WALAFRIDUS, *De exordiis et incrementis*, c. 25, MGH, LL, II, Capitularia Bd. 2, S. 503 — c. 24, ML, 114, 951,      22 CJC, I. c.

succrevit ecclesiarum": capitulo *Vasa*. Unde „etsi non ex argento, saltem ex stanno, non ex aere vel aurichalco fiat calix": capitulo dicto *Et calix*. Sanctus Stephanus, natione Romanus, qui coepit anno ducentesimo quinquagesimo octavo, preecepit, ut „vestimenta ecclesiae, quibus Domino ministratur, et sancta sint et honesta": in capitulo *Vestimenta supradicto*. Sextus secundus, qui coepit anno ducentesimo sexagesimo primo, constituit, ut Missa super altare celebraretur, quod antea non fiebat. Felix primus, natione Romanus, qui coepit anno Domini centesimo sexagesimo sexto, „constituit super memorias martyrum Missas celebrari." Sanctus Silvester primus, natione Romanus, qui coepit anno Domini trecentesimo decimo quinto, „constituit, ut diaconi dalmatica uterentur in ecclesia et pallio linostino eorum laeva tegeretur. Primo siquidem sacerdotes ante casularum usum dalmaticis induebantur; postea vero, cum casulis uti coepissent, dalmaticae diaconibus sunt concessae."

Item constituit, „ut sacrificium altaris non in serico panno aut in tincto, sed in puro lineo ab episcopo consecrato celebretur, sicut corpus Domini in sindone linea munda sepultum fuit": *De consecratione distinctione prima, Consulto*. De dicto Urbano legitur, quod aquam admisceri censuit, sicut et apostolica traditio docuit de hoc: *De consecratione distinctione secunda capitulo primo et tribus capitulis sequentibus*, nec una coniungantur, ut in capitulo *Didicimus secunda distinctione*. Beatus Bonifatius primus, natione Romanus, qui coepit anno Domini quadringentesimo vigesimo quinto, interdixit, ne moniales seu quaecumque mulieres sacra vasa seu pallas altaris contingerent. Et qualiter sacrae vestes lavari debeant, dicitur in capitulo *Nemo per ignorantiam, De consecratione distinc-*

---

3 Ut calix CJC      7 257      9 269      23 Didicimus] c. dist. H      24 418

1 CJC, Decr. III, 1, 45 — Frdbg. I, 1306	3 XXIV Stephanus 254—257
<i>Liber pontificalis</i> , ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 154	4 CJC, Decr. III, 1, 42 — Frdbg. I, 1305
Vgl. <i>Liber pontificalis</i> , ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 154	6 XXV Xystus II, 257—258
<i>Liber pontificalis</i> , ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 155	7 Vgl. CJC, Decr. III, 1, 11 — Frdbg. I, 1297
ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 158	8 XXVII Felix 269—274 <i>Liber pontificalis</i> , ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 158 (= Felix) WALAFRIDIUS, <i>De exordiis et incrementis</i> , c. 21, MGH, LL, II, Capitularia Bd. 2, S. 494 — c. 20, ML, 114, 941
Vgl. <i>Liber pontificalis</i> , ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 158	12 WALAFRIDIUS, o. c. cap. 25, MGH, LL, II, Capitularia Bd. 2, S. 504 — c. 24, ML, 114, 952
<i>Liber pontificalis</i> , ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 171, 189	Vgl. <i>Liber pontificalis</i> , ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 171
23 CJC, Decr. III, 2, 6 — Frdbg. I, 1315	16 CJC, Decr. III, 1, 46 — Frdbg. I, 1306
<i>Liber pontificalis</i> , ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 227	21 CJC, Decr. III, 2, 1—4 — Frdbg. I, 1314 f.
27 CJC, Decr. III, 1, 40 — Frdbg. I, 1304	9*

tione prima. De hora Missae celebranda sanctus Telesphorus martyr, natione Graecus, qui successit Sexto anno Domini centesimo trigesimo nono, constituit in „nocte Nativitatis Missas celebrari et hymnum angelicum sollemniter decantari. Reliquis vero 5 temporibus ante horam tertiam illas minime celebrandas, quia et eadem hora Dominus crucifixus est et super apostolos Spiritus sanctus legitur descendisse“: *De consecratione distinctione prima, Nocte.* In quadragesima autem hora vespertina: capitulo dicto *Solent.* Similiter eadem hora seu in noctis initio in sabbato sancto: 10 sexagesima quinta distinctione, *Quod a patribus* et capitulo *Ordinationes.* „Celebrationes enim ordinum iuxta decreta sanctorum patrum tam sero fiebant in sabbato, ut potius dominicae quam sabbato adscriberentur.“ Vide *Micrologum* capitulo vigesimo nono. Ex hac antiquitate hodie servatur, ut diebus ieuniorum Missa in 15 Nona dicatur et aliis diebus ad Tertiam, et si ambo concurrant, Missa de festo ad Tertiam festive dicitur et de ieunio ad Nonam; et ita fit Romae et in Colonia. In collegiis servatur, ut maior Missa dicatur ante ultimam horam ante prandium, et si occurrant duae, prima ante paenultimam horam imponitur. De praesentibus 20 autem necessariis infra tangetur.

„Presbyter cum se parat ad Missam, iuxta Romanam consuetudinem decantat psalmos *Quam dilecta, Benedixisti, Inclina, Credidi, Kyrie eleison, Pater noster, Et ne,* versiculum *Ego dixi, versiculum Converte, versiculum Fiat misericordia, versiculum Sacerdotes, versiculum Protector noster, versiculum Domine exaudi; oratio Aufer, alia Actiones, secundum Micrologum“ capitulo primo et vigesimo tertio. Eo introeunte „ad altare, cantatur antiphona ad Introitum, quae abinde“ in Romano „hoc nomen“ et in Ambrosiano nomen *Ingressae* „meruit habere. Coelestinus“ primus, natione Romanus, qui coepit anno Domini quandringentesimo decimo octavo, „in ordine quadragesimus primus, constituit, ut psalmi David*

---

3 125 10 Richtiger 75

1 IX Telephorus [s. a.] *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 129 3 CJC,  
Decr. III, 1, 48 — Frdbg. I, 1306 Vgl. *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 129  
8 CJC, Decr. III, 1, 50 — Frdbg. I, 1307 9 CJC, Deer. I, 75, 3 und 1 — Frdbg.  
I, 266, 265 11 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 25 — ML, 151, 1002 14 Vgl.  
(BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 48, 58 — ML, 151, 1013, 1019 21 (BERNOLDUS),  
*Micrologus*, c. 1, 23 — ML, 151, 979, 992 22 Ps. 83, 84, 85, 115 29 XLV  
Coelestinus 422—432 *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 230

centesimus et quinquagesimus ante sacrificium canerentur antiphonatim ex omnibus, quod ante non fiebat, nisi tantum epistula beati Pauli et sanctum evangelium recitabantur. Ex hoc instituto excerpti de psalmis Introitus, Gradualia, Offertoria ante sacrificium,  
 5 Communiones inter communicandum cum modulatione ad Missam in Ecclesia Romana cantari coeperunt“ secundum Sigibertum et alios in *Chronicis*. Non autem intellegendum, quod Coelestinus primo introduxit psalmos dici particulatim ante sacrificium, immo ab initio diu ante eum a patribus sunt servati. Unde Cassianus  
 10 libro tertio *De institutis monachorum* capitulo decimo: „Verum ne hoc quidem ignorandum die dominica unam tantummodo Missam ante prandium celebrari, in qua psalmorum atque orationum seu lectionum pro ipsius collectae vel communionis dominicae reverentia sollemnis aliquid impendentes in ipsa Tertiam Sextamque pariter  
 15 consummatam reputant.“ Quoties igitur idem a diversis constitutum reperitur, intellegi debet, quod posterior constitutum vel observatum a prioribus vel innovavit et autorizavit vel emendavit, declaravit, publicavit aut quid simile fecit.

Ecce de Epistulis et Evangelii legitur, quod successores  
 20 apostolorum Epistulas et Evangelia legi statuerunt. Unde praecipitur in canonibus apostolorum, et ponitur *De consecratione* distinctione prima: „Omnes“ ut „fideles“ ad sacramenta sollemniter convenientes „scripturas apostolorum et evangelium audiant et in oratione usque in finem Missae perseverent“. Alibi scribitur, quod  
 25 „Epistulam et Evangelium Alexander papa ad Missam legi constituit“. Item beatus „Hieronymus presbyter“ cardinalis „Epistulas et Evangelia, ut hodie habet Ecclesia, collegit“ et ordinavit, ut „in libro, qui *Comes* dicitur“, habetur et ipse ait scribeb*ens* „ad Constantium“ episcopum. Et „Damasus papa, ut nunc moris est, legi  
 30 censuit“. In Ambrosiano autem officio copiose habentur per totum

3 recitabatur *H* 10 c. XI *Petschenig*

3 SIGEBERTUS, *Chronica ad annum 426* ML, 160, 78 — MGH, SS. Bd. 6, S. 307 JAC. DE VORAGINE, *Chronicon Legendae aureae insertum*. MGH, SS. Bd. 24, S. 169 Vgl. GILBERTUS, *Chronicon Pontificum*. MGH, SS. Bd. 24, S. 126 Vgl. *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 230 RUPERTUS TUIT., *De divinis officiis*, lib. II, c. 21 — ML, 170, 47 10 CASSIANUS, *De institutis coenobiorum*, lib. III, c. 11 ed. PETSCHENIG S. 44 22 CJC, Decr. III, 1, 62 — Frdbg. I, 1311 25 Vgl. HONORIUS, *Gemma animae*, lib. I, c. 88 — ML, 172, 572 und SIGEBERTUS, *Chronica ad annum 688* MGH, SS. Bd. 6, S. 327 — ML, 160, 130 30 Vgl. P. LEJAY, *Le rite ambrosien im Dictionnaire d'archéologie et de liturgie*, Bd. 1, Sp. 1401 ff., Paris, 1907

annum Epistulae et Evangelia, saepe cum Romano officio concordantes et saepe differentes. Idem etiam officium in festivitatibus et dominicis pulchrum servat ordinem. Nam ad Missam post *Gloria in excelsis* et *Kyrie eleison* ter, deinde legitur prima lectio de 5 Veteri Testamento cum responsorio, quod *Psalmellum* vocat et nos *Graduale*, secunda de Novo Testamento cum *Alleluia* et versu ut Romani, tertia de sancto evangelio, ante quod et post quod cantantur antiphonae, quae dicuntur ante Evangelium et post Evangelium, quibus carent Romani.<sup>10</sup> Officium autem Ambrosianum longe 10 praecessit Romanum, ut supra propositione duodecima. Et qui videt Ambrosianum, aperte cognoscit, quod cantus Missae, Epistulae et Evangelia et plures orationes, responsoria et antiphonae et cetera officia recepta sunt ab illo. Et huius signum est, quia cantus concurrentes utrobique sunt eiusdem toni, ut Introitus *Gaudemus* 15 utrobique est primi toni; sed nota Ambrosiana est fortior, durior et magis extensa.<sup>11</sup>

Revertamur igitur ad initium Missae. Sanctus Damasus papa, natione Hispanus, qui coepit anno Domini trecentesimo septuagesimo, praecepit, ut presbyter confessionem faceret, antequam accedat ad 20 altare. „Sacerdos igitur paratus veniens ad altare Romano ordine dicit antiphonam *Introibo* cum psalmo *Iudica* et facit confessionem, quam *Micrologus* capitulo vigesimo tertio breviter sic ponit: „Confiteor Deo omnipotenti, istis sanctis et omnibus sanctis et tibi, frater, quia peccavi cogitatione, locutione, in opere, in pollutione mentis 25 et corporis. Ideo precor te, ora pro me. Misereatur tui omnipotens Deus et dimittat tibi omnia peccata, liberet te ab omni malo et conservet te in omni opere bono, et perducat nos Jesus Christus, Filius Dei vivi, in vitam aeternam. Amen. Indulgentiam et remissionem omnium peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens et 30 misericors Dominus. Amen.“ Huic confessioni concordant Praedicatores et dicunt: „Absolutionem et remissionem“ etc., quae verba ex evangelio sumuntur: *Quodcumque solveris* etc. et *Quorum remiseritis* etc. In Romano officio Introitus cantatur cum versu de psalmo, *Gloria Patri* et repetitione, quod non fit de Ingressa Ambrosiana. In graduali beati Gregorii ad Introitum annotantur semper

---

<sup>10</sup> Vgl. S. 75    <sup>17</sup> XXXVIII Damasus 366—384 *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 212    <sup>22</sup> (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 23 — ML, 151, 992    <sup>32</sup> Matth. 16, 19 Joan. 20, 23    <sup>35</sup> Vgl. *Liber Antiphonarius* S. GREGORII — ML, 78, 641 ff.

duo versus de psalmo, sicut hodie observamus de *Requiem*. Aliqui scripserunt, quod ex statuto Coelestini totus psalmus olim cantabatur. Sed quod beato Gregorio adscribitur, quod Introitus „modulando composuit“, intellegendum est, quod multos Introitus ex 5 psalmis addiderit, quia valde multi ab Ambrosio sunt recepti. *Gloria Patri* „Nicaena synodus composuit“: *De consecratione distinctione prima*, *De hymnis*, „sed Damasus papa ad psalmos cantari censuit“. *Kyrie eleison* Silvester papa de Graecis sumpsisse scribitur, quod Gregorius papa ad Missam instituisse dicitur. Sciendum, quod 10 Graeci et Ambrosiani multum ad horas frequentant *Kyrie eleison* et in Missa Ambrosiana dicitur ter *Kyrie eleison* in tribus locis, post *Gloria in excelsis* et post Evangelium et in fine Missae. In Romano vero dicitur novies in uno loco cum *Christe eleison*, quod Graeci et Ambrosiani non dicunt. Item Ambrosiani ad eorum *Kyrie 15 eleison*, ad *Gloria in excelsis*, ad *Credo*, ad *Sanctus* unicam servavit notam. Et de *Gloria in excelsis* et *Sanctus* in graduali beati Gregorii Romae paucae sunt notae. Et credendum, quod plures notae saecularium super illis sine auctoritate exsistant. Ideo humilitati locorum vestrorum congruere videtur, ut super illis sequeremini 20 Carthusienses.

De laude angelica dictum est supra propositione decima tertia. *Micrologus* capitulo secundo et quadragesimo quinto dicit, quod canitur „in omni festo, quod plenum habet officium“, hoc est novem lectiones, „nisi in Adventu, die Innocentium et in Septuagesima. In his tamen 25 diebus“ secundum *Micrologum* capitulo quadragesimo quinto „natalitia apostolorum et festa sanctae Mariae *Gloria in excelsis* recipiunt iuxta Romanum consuetudinem“. Sed in hoc secundum prudentiores statur consuetudini regionis, „nec post meridiem legitur dicendum nisi in Coena Domini, ubi chrisma conficitur, et in sab- 30 batis Paschae et Pentecostes. Sacerdos deinde ad populum versus

22 capitul H 25 c. XLVI ML

1 Vgl. MENARD, *Notae et observationes in S. Gregorii M. Librum Sacramentorum*, Nr. 5 — ML, 78, 265 5 Vgl. HONORIUS, *Gemma animae*, lib. I, c. 87 — ML, 172, 572 6 CJC, Deer. III, 1, 54 — Frdbg. I, 1308 8 DURANDUS, *Rationale*, lib. IV, c. 12, Nr. 4, auch HUGO VON S. VICTOR 9 So im *Supplementum ad librum IV*. AMALARI, *De officiis divinis* bei MABILLON, *Vetera Analecta* S. 97, Paris 1723 Vgl. dagegen D. GIORGI, *De liturgia Rom. Pont.*, Bd. 2, S. 78 ff., Rom, 1743 10 Vgl. P. LEJAY, *Le rite ambrosien im Dictionnaire d'archéologie et de liturgie*, Bd. 1, Sp. 1402, Paris, 1907 21 Vgl. S. 80 22 Vgl. (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 2 — ML, 151, 979 25/26 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 46 — ML, 151, 1012 28 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 2 — ML, 151, 979

dicit *Dominus vobiscum*, quod est sumptum de Veteri Testamento“, scilicet de *Libro Ruth*, et *Pax vobis* de Novo Testamento et „de evangelio accepta“; responsio „*Et cum spiritu tuo de Epistulis Pauli, Amen* vero de *Apocalypsi*, quae apostolicus ordo, tradente 5 Domino, dici docuit et Clemens papa seu Anacletus dici constituit.“ Ambrosiani in Missa saepius dicunt *Dominus vobiscum, Et cum spiritu tuo* absque versione et *Oremus*. Notandum secundum *Micrologum* capitulo secundo, quod haec verba „plures“ exigunt „respondentes et unum salutantem. Sicut enim“ pluribus salutantibus 10 „inepte respondetur“ *Et cum spiritu tuo*, ita incongrue salutatur per *Dominus vobiscum*, nullo vel uno tantum adstante. „Hoc utique beatissimi patres apostolici Anacletus, quidem a beato Petro quintus, et Soter, de quo supra, in ordine decimus tertius, eorum decretis firmaverunt, ut sacerdos semper vel tertius esset, dum 15 Missas celebraret“: *De consecratione distinctione prima* capitulo *Hoc quoque statutum est*. „Non enim solus presbyter Missarum sollemnia vel alia divina officia potest sine ministri suffragio celebrare“: *De filiis presbyterorum* in fine. „Zacharias, vir apostolicus, in ordine nonagesimus tertius, constituit, ne sacerdotes ad 20 celebranda Missarum sollemnia cum baculo intrarent nec velato capite altari adstarent“: *De consecratione distinctione prima, Nullus episcopus*. „Sancti quoque patres in Aurelianensi concilio“ capitulo tertio „constituerunt, ut ad salutationes sacerdotis non solum clericci et Deo dicati, sed et omnis plebs consona voce respondeat“ secun- 25 dum *Micrologum* capitulo secundo. *Flectamus genua* „in ieiuniis quattuor temporum praeter Pentecostes, in feria quarta ad priorem Orationem, in feria sexta“ ad principalem et „in sabbato“ ad quatuor priores Orationes dicitur. In illa *De camino* genuflexio „more trium puerorum praetermittitur, qui statuam gentilium adorare no- 30 luerunt“. Et „iuxta Romanum ordinem in Missis quadragesimalibus“ post salutationem „genua flectimus“. Idem fit „in utraque

4 quae] q H

2 Ruth 2, 4 Matth. 9, 12 Joan. 20, 21 4 Gal. 6, 18; Phil. 4, 23;  
 II Tim. 4, 22 u. a. Apoc. 3, 14; 5, 13. 14 Vgl. HONORIUS, *Gemma animae*,  
 lib. I, c. 87 — ML, 172, 572 8 u. 11 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 2 — ML, 151, 979  
 16 CJC, Decr. Greg. I, 17, 6 — Frdbg. II, 137 18 CJC, Decr. III, 1, 57 — Frdbg.  
 I, 1310 22 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 2 — ML, 151, 979 25 Vgl. (BERNOL-  
 DUS), *Micrologus*, c. 28 — ML, 151, 1002 30 Vgl. (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 50  
 — ML, 151, 1014

Oratione feria quarta post Palmas<sup>2</sup>. Sed has genuflexiones Fratres omittunt, quia in capella papae non fiunt. „Sequitur Oratio, quae specialiter *Collecta* vocari videtur. Illa namque apud Romanos fit super populi collectionem, dum colligitur, ut procedat de una ecclesia in aliam ad stationem faciendam, ut in die Cinerum apud sanctam Anastasiam Oratio *Concede*, quando statio est ad sanctam Sabinam<sup>3</sup>, et apud sanctum Adrianum in die Assumptionis Oratio *Veneranda*, et in die Nativitatis Mariae Oratio *Supplicationem servorum*, quando iuxta constitutionem Gregorii papae „litania exit a sancto Adriano ad sanctam Mariam“ maiorem. Et has duas Collectas, quia non capellares, Fratres sine causa omittunt. „Iuxta Romanum<sup>4</sup> autem „ordinem“, ut dicit *Micrologus* capitulo quarto, „non nisi unam Orationem ante lectionem dicere debemus, ut Amalarius a multis in prologo libri sui *De officiis* se ab ipsis Romanis didicisse fatetur. Hoc utique et institutio officiorum exigere videatur, ut, sicut ad unam Missam unam tantum lectionem et unum Evangelium legimus et unum Introitum, immo unum officium cantamus, ita et unam Orationem dicamus. Sed plures illas adeo multiplicant, ut auditores ingratos efficiant. Sed sapientiores obseruant, ut in Missa aut unam aut tres aut quinque aut septem dicant, unam propter Romanam traditionem, tres, quia Dominus ante passionem ter oravit, quinque propter quinquepartitam eius passionem, septem, quia sancti apostoli septenarium dominicae orationis ad consecrationem eorundem mysteriorum frequentasse leguntur<sup>5</sup>. Usu Leodiensi ultra quinque non dicuntur. „In Nativitate Domini Romani ad Missam“ secundam „Orationem de sancta Anastasia adiciunt, quia tunc stationem in ecclesia eiusdem martyris agunt, et in hoc illos imitamur, licet non eandem adiectionis occasionem habere videamur“. Sed Rhabanus, Moguntinus archiepisco-

<sup>2</sup> Vgl. (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 3 — ML, 151, 979    <sup>8</sup> Vgl. oben Prop. 13, S. 87    <sup>9</sup> Vgl. *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 376, wo diese Einrichtung dem Papste Sergius (687—701) zugeschrieben wird    <sup>11</sup> (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 4 — ML, 151, 980    Vgl. SICARDUS CREMONENSIS, *Mitrale*, lib. III, c. 2 — ML, 213, 99    <sup>13/14</sup> Vgl. AMALARIUS, *De ecclesiasticis officiis*, Praefatio altera — ML, 105, 987    <sup>25</sup> (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 4 — ML, 151, 980    <sup>29</sup> Radulph schreibt Rhabanus den *Micrologus de ecclesiasticis observationibus* (ML, 151, 977ff.) zu. Vgl. unten *De psalterio observando*, c. 24, 25 Der Mikrolog hat tatsächlich ein Kapitel (c. 4): *De numero orationum in missa* (ML, 151, 980) Die folgende Stelle lehnt sich an Amalar an. Ob Rhabanus sie in einem uns heute nicht mehr bekannten *Liber Sacramentorum* aufgeschrieben hat? Oder sollte eine Verwechslung vorliegen?

Oratione feria quarta post Palmas<sup>2</sup>. Sed has genuflexiones Fratres omittunt, quia in capella papae non fiunt. „Sequitur Oratio, quae specialiter *Collecta* vocari videtur. Illa namque apud Romanos fit super populi collectionem, dum colligitur, ut procedat de una ecclesia in aliam ad stationem faciendam, ut in die Cinerum apud sanctam Anastasiam Oratio *Concede*, quando statio est ad sanctam Sabinam<sup>3</sup>, et apud sanctum Adrianum in die Assumptionis Oratio *Veneranda*, et in die Nativitatis Mariae Oratio *Supplicationem servorum*, quando iuxta constitutionem Gregorii papae „litania exit a sancto Adriano ad sanctam Mariam“ maiorem. Et has duas Collectas, quia non capellares, Fratres sine causa omittunt. „Iuxta Romanum<sup>4</sup> autem „ordinem“, ut dicit *Micrologus* capitulo quarto, „non nisi unam Orationem ante lectionem dicere debemus, ut Amalarius a multis in prologo libri sui *De officiis* se ab ipsis Romanis didicisse fatetur. Hoc utique et institutio officiorum exigere videatur, ut, sicut ad unam Missam unam tantum lectionem et unum Evangelium legimus et unum Introitum, immo unum officium cantamus, ita et unam Orationem dicamus. Sed plures illas adeo multiplicant, ut auditores ingratos efficiant. Sed sapientiores obseruant, ut in Missa aut unam aut tres aut quinque aut septem dicant, unam propter Romanam traditionem, tres, quia Dominus ante passionem ter oravit, quinque propter quinquepartitam eius passionem, septem, quia sancti apostoli septenarium dominicae orationis ad consecrationem eorundem mysteriorum frequentasse leguntur<sup>5</sup>. Usu Leodiensi ultra quinque non dicuntur. „In Nativitate Domini Romani ad Missam<sup>6</sup> secundam „Orationem de sancta Anastasia adiciunt, quia tunc stationem in ecclesia eiusdem martyris agunt, et in hoc illos imitamur, licet non eandem adiectionis occasionem habere videamur“. Sed Rhabanus, Moguntinus archiepisco-

<sup>2</sup> Vgl. (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 3 — ML, 151, 979    <sup>8</sup> Vgl. oben Prop. 13, S. 87    <sup>9</sup> Vgl. *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 376, wo diese Einrichtung dem Papste Sergius (687—701) zugeschrieben wird    <sup>11</sup> (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 4 — ML, 151, 980    Vgl. SICARDUS CREMONENSIS, *Mitrale*, lib. III, c. 2 — ML, 213, 99    <sup>13/14</sup> Vgl. AMALARIUS, *De ecclesiasticis officiis*, Praefatio altera — ML, 105, 987    <sup>25</sup> (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 4 — ML, 151, 980    <sup>29</sup> Radulph schreibt Rhabanus den *Micrologus de ecclesiasticis observationibus* (ML, 151, 977ff.) zu. Vgl. unten *De psalterio observando*, c. 24, 25 Der Mikrolog hat tatsächlich ein Kapitel (c. 4): *De numero orationum in missa* (ML, 151, 980) Die folgende Stelle lehnt sich an Amalar an. Ob Rhabanus sie in einem uns heute nicht mehr bekannten *Liber Sacramentorum* aufgeschrieben hat? Oder sollte eine Verwechslung vorliegen?

pus, in *Libro sacramentorum* „a ministris ecclesiae sancti Petri in Roma sciscitatum“ se refert, quando in Missa plures Orationes occurrunt ut in dicta „Missa secunda“ et in dominicis, quibus festa „recoluntur, quot Orationes soliti essent celebrare ante Epistulam, 5 et responsum sibi dicit unam tantum“. Unde dicit a scripto „sancti Ambrosii et sancti Augustini se didicisse de ordine Orationum in Missa“; in dicta scilicet Missa in loco, „ubi corpus“ sanctae martyris requiescit, „dicatur Oratio de sancta Anastasia iuxta Romanum morem, et ubi hoc non reperitur, dicantur de Incarnatione“. 10 Eodem „modo in ceteris“ festivitatibus et in omnibus aliis „diebus“, quibus celebрамus Missas per annum, secundum eum. Inde est, quod „in antiquioribus libris eodem die“ Missae sunt duplicatae ut in Inventione sanctae Crucis, in die sancti Augustini, Decollationis Ioannis, Omnium sanctorum et ceterorum. Ex unitate ergo 15 Missae, quotquot sint Orationes, prima semper per se est dicenda, etiamsi sint tantum duae, secundum Romanum ordinem et usus approbatiores. Scimus etiam, quod Ambrosianum officium in Missa dicit quattuor Orationes, primam *Super populum* post Ingressam, secundam post Evangelium *Super sindonem*, tertiam ante Praefationem sicut nos, sed illam alte dicit, quartam post Communionem, et hunc numerum servamus in Quadragesima, licet non hoc ordine. Et post primam Orationem dicit *Gloria in excelsis*, dein *Kyrie eleison*, sed nos ordinem conversum servamus, post Introitum *Kyrie eleison* et *Gloria*, deinde Orationes dicentes. „Orationes“ autem 25 Missae copiose beatus „Ambrosius“ ordinavit et sanctus „Gelasius“ post eum „auxit“. De ipsarum auctoritate dixi supra propositione decima tertia. „In evangelio praecipitur“, ut „Patrem“ in nomine „Filii“ petamus, et accipiemus. Ideo „paene omnes Orationes Per Dominum concludimus. Paucissimae pro competentia sensus alia 30 conclusione finiuntur. In qualibet conclusione“ memoriam „sanctae Trinitatis observare solemus. Romanus ordo et antiquissima exemplaria nomen Dei sic interponunt, ubi dicitur“: *Qui tecum vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti*, et Ambrosiani adhuc servant. Sed „moderni postea subiungunt, et haec“ subiunctio „apud 35 Romanos“ et nationes alias hodie tantum „invaluit, ut antiqua

---

12 Vgl. zum Vorausgehenden AMALRIUS, *De ecclesiasticis officiis*, Praefatio altera — ML, 105, 987, 989    24 Vgl. HONORIUS, *Gemma animae*, lib. I, c. 87 — ML, 172, 572    26 Vgl. S. 87    27 BERNOLDUS, *Micrologus*, c. 6 — ML, 151, 981

traditio sine scandalo locum habere non possit". „Secundum Romanam auctoritatem nulla Oratio *Per eum, qui venturus est*, concluditur, nisi“ per quam „diabolus adiuratur“. Quando Oratio dicitur, „omnes adstantes secundum antiquam sanctorum patrum traditionem 5 in signum confirmationis *Amen* subiungere debent, ut communem Orationem, quam sacerdos pro omnibus Domino obtulit, confirment. Unde et in ipsa Secreta *Per omnia saecula saeculorum* altius dicit, ut praemissa oratio per *Amen* a populo confirmari possit“.

De lectione et Evangelio supra dictum fuit. Romani ex ordine 10 Ambrosiano solam lectionem admittunt nunc de Veteri nunc de Novo Testamento cum responsorio et *Alleluia*. Et hodie, ut dicunt, ecclesiae plures civitatis Mediolanensis ex more Romano sola lectione cum *Alleluia* contenti sunt. In ecclesia tamen maiore semper servatur antedictus decor, quem in Romano officio in quattuor Missis 15 Nativitatis Domini dumtaxat receptum videmus. Unde aliquae ecclesiae Italianae in tribus Missis ipsius diei *Graduale* post primam interponunt lectionem, morem beati Ambrosii imitantes. Et in vigilia *Graduale* dividunt, primam partem post primam lectionem et versum post lectionem secundam decantando. Fratres tamen nostri 20 has primas lectiones a Romano officio amoverunt. In sex feriis quartis ante sabbata ordinationum in Romano duae sunt lectiones cum duobus responsoriis. Et *Micrologus* capitulo quinquagesimo secundo dicit, quod „feria secunda et quarta post Palmas duae lectiones continuatim ut in Nativitate Domini leguntur“. Gradualia 25 et *Alleluia* Ambrosius in suo officio multa ordinavit et Gregorius ad Missam tam illa quam alia in Romano officio imposuit. „Abbas Notkerus Sequentias“ alias „pro neumis de *Alleluia* composuisse“ dicitur, „quas Nicolaus papa ad Missam cantari concessit“. In antiquis libris Romanis alias Sequentias, multi autem multas 30 introduxerunt. Quilibet gaudet de suis novitatibus. Securius videatur in illis sequi Carthusienses et Cistercienses. Iubili autem seu neumata Gradualium et de *Alleluia* resecandi non sunt, nisi cum illorum loco Sequentiae decantarentur. Solis subdiaconibus Romana

---

23 secunda et tertia *ML*

1 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 7 — *ML*, 151, 981      4 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 7 — *ML*, 151, 981 f.      9 Vgl. S. 133      23 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 52 — *ML*, 151, 1015      26 Vgl. HONORIUS, *Gemma animae*, lib. I, c. 88 — *ML*, 172, 573 und DURANDUS, *Rationale*, lib. IV, c. 22, Nr. 2

auctoritas concedit, ut sacris vestibus induiti Epistulam legant, ut dicit *Micrologus* capitulo octavo; trigesima quarta distinctione capitulo *Si subdiaconus*. „Nam beatus Hormisdas, a beato Petro papa quinquagesimus tertius, capitulo tertio illum deponit, quicunque non ordinatus officium ordinati usurpaverit, quod utique nec ex consecratione nec ex ecclesiastica consuetudine umquam promeruit. Canones etiam alios nisi ad hoc ordinatos in ecclesia legere vel in publico psallere vel *Alleluia* dicere vel aliquem exorcizare in diversis conciliis prohibuere.“ † Sed de Epistula (*titulo*) *De vita et honestate (clericorum)* dicti capitulo *Ut clerici* dicunt ut ibi. „Nihil autem obstat, quin sacerdos in Missa inferiorum ordinum officia, si necesse fuerit, expleat, quem et omnes inferiores obtinere constat, qui et in Missa sacris vestibus est indutus, sine quibus altari iuxta Romanum ordinem ministrare non debemus. Unde congruentius ipse Epistulam“ et Evangelium legat, „quam“ hoc per „inordinatum expleri permittat“. Anastasius primus, natione Romanus, qui coepit anno Domini trecentesimo quarto, „mandavit, ut, cum sancta Evangelia in ecclesia leguntur, nullus sedeat, sed omnes dominica verba intente audiant et fideliter adorent“: *De consecratione* distinctione prima, *Apostolica*. „Quae reverentia, ut aiunt, et apostolicae lectioni apud Graecos exhibetur“, ut dicit *Micrologus* capitulo nono. „Diaconus autem cum Evangelium legit, iuxta Romanum ordinem in ambone vertitur ad meridiem, ubi et masculi conveniunt.“ Sacerdos vero in altari „ad sinistrum cornu“ legit, „ut in dextra parte expeditior sit ad oblationes suscipiendas et sacrificium perficiendum“. Sed ut diaconus similiter „ad aquilonem“ se vertat, „usurpatio iam“ hodie „inolevit, ut“ quasi „pro ordine teneatur“. De hoc *Micrologus* latius dicto capitulo nono. „Ordo quoque praecipit, ut Evangelium lecturus in fronte et in pectore sibi crucem faciat. Item praecipit Romanus ordo, ut incensum“

3 subdiaconos *H* 8 pulpito *ML* aliquem] alicubi *ML* 9 *titulo*] cō *H*  
 10 clericorum fehlt *H* Randnotiz: Quid his notis significare scriptor voluerit,  
 divinare nequimus. Ich konnte diese verdorbene Stelle nur zum Teil heilen.

3 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 8 — *ML*, 151, 982 CJC, Decr. I, 34, 17 — Frdbg. I, 129 4 Vgl. CJC, Decr. Greg. V, 28, 1 — Frdbg. II, 833 10 CJC, Decr. Greg. III, 1, 3 — Frdbg. II, 449 CJC, Decr. Greg. III, 31, 3 — Frdbg. II, 569 Dieses Zitat hat aber nichts mit dem Sinne der Stelle gemein 11 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 8 — *ML*, 151, 982 17 CJC, Decr. III, 1, 68 — Frdbg. I, 1312 20 Vgl. (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 9 — *ML*, 151, 982 f.

cum luminaribus „praecedat Evangelium, cum ad altare seu ad ambonem portatur“. In Evangelii dominicalibus et plurium festorum saepius ad invicem discordant Ambrosiani, Romani et aliae nationes. In quibus libros nostros antiquos imitamur, non utique <sup>5</sup> Sedi apostolicae, si aliter iusserit, praeiudicantes. Symbolum Nicenum, id est *Credo in unum Deum sanctus „Marcus“*, natione Romanus, successor Silvestri, qui coepit anno Domini trecentesimo trigesimo nono vel quadragesimo, statuit, ut post Evangelium in ecclesia „alta voce“ dicatur. Deinde eiusdem symboli formam, <sup>10</sup> quam Graecorum et Latinorum confessio praedicat et quam post Nicenum concilium sancti patres tradiderunt in sancta et universalis synodo secunda apud Constantinopolim celebrata tempore beati Damasi papae circa annum Domini trecentesimum octogesimum septimum, idem sanctus papa in sollemnibus diebus „ad Missam <sup>15</sup> cantari instituit“, et „iuxta canonem“ cantari debet „in omnibus dominicis“ per totum annum, „in omnibus festivitatibus Domini et sanctae Crucis, sanctae Mariae, sanctorum apostolorum, Omnium sanctorum, Dedicationis ecclesiae, nec immerito, quia de his singulis in eodem symbolo aliqua reperitur commemorationis“, item per <sup>20</sup> octavas Paschae et Pentecostes, quae cum die principali pro una festivitate computantur; et ut dicit felicis memoriae Innocentius tertius *De celebratione Missarum capitulo Consilium*, „in profestis diebus, cum Missarum sollemnia in honorem beatae Virginis celebrantur“, hoc symbolum in Romana Ecclesia „non cantatur, ut intra <sup>25</sup> sollemnitatem et commemorationem differentia ostendatur“. Ex quo sequitur, quod per alias octavas maiores cantari non debet. An autem in die octavarum, in diebus sancti Michaelis, Nativitatis Ioannis Baptistae, Mariae Magdalena, Marci, Lucae et Martini sit cantandum, opiniones sunt et argumenta. Et quidem angelus et <sup>30</sup> virgo, martyr, praesul sine *Credo*. In prima autem et secunda Missa noctis Domini non cantatur, etiamsi doctum sit, ut festivius in Missa maiore suscipiatur. Genuflexio, quam quidam ad verba „Descendit de caelis“ inchoant et in verbis „Et resurrexit“ termi-

9 forma H 13 Richtiger 381

5 Vgl. DURANDUS, *Rationale*, lib. IV, c. 25, Nr. 9 7/8 XXXV Marcus 336, *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 202 14 Vgl. HONORIUS, *Gemma animae*, lib. I, c. 88 — ML, 172, 573 und lib. I, c. 119, ML, 172, 583 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 46 — ML, 151, 1011 f. 22 CJC, Decr. Greg. III, 41, 4 — Frdbg. II, 4

nant, nullo exemplo probatur. Concilium enim Nicaenum genuflexiones „dominico die interdicit“: *De consecratione distinctione tertia, Quoniam. „Et aliis praecipuis festivitatibus“ fieri non debet: De feriis capitulo secundo.* In hoc symbolo decantando religioni vestrae non congruit modus saecularium per notas fractas. Sequimini ergo monachos Carthusienses, a quorum consortio non estis seiuncti, ut supra allegabatur.<sup>9</sup>

„Offertorium“ autem, „quod inter offerendum cantantur, quamvis a prioris populi consuetudine in usum Christianorum venisse dicatur,<sup>10</sup> cum quis specialiter addiderit officiis nostris“, ut quaedam *Chronica* dicunt, „aperte non legimus, sicut et de antiphona, quae ad complendum dicitur, possumus fateri, cum vere credamus priscis temporibus patres sanctos obtulisse in silentio vel communicasse, quod etiam hactenus in sabbato sancto Paschae observavimus. Sed diversis modis et partibus per tempora decus Ecclesiae processit et usque in finem augeri non desinet.“ Alibi vero Offertoria beato Gregorio adscribunt. Verum est autem, quod multa recepta sunt ab officio Ambrosiano a beato Gregorio, qui plura alia ordinavit et omnibus versus quam plures annotavit, qui tam Romae quam in libris nostris antiquis continentur. Quibus hodie resecatis, Offertorium eo morosius percantatur. „Finito“ autem „Evangelio, statim est offerendum“: *De consecratione distinctione prima, Omnis, „dum et Offerenda cantatur, quae nomen de oblatione mutuavit. Nam ordine praepostero deinceps offertur, postquam proposita oblatione in altari sacerdos populum hortatur ad orandum. Sanctus Alexander“, natione Romanus, „papa quintus a beato Petro“, qui coepit anno Domini centesimo vigesimo primo, praecepit, „ut panis tantum et vinum aqua mixtum in sacrificio Domini offeratur, quia de latere Domini sanguis et aquae simul perfluxerunt“: De consecratione distinctione secunda, In sacramentorum. Unde sanctus Cyprianus: „In calice, inquam, dominico aqua vino deesse non debet, ne populus, qui per aquam iuxta Apocalypsin significatur, a Christo separatus esse videatur“: eadem*

9 prioribus H 17/18 et beato H

2 CJC, Decr. III, 3, 10 — Frdbg. I, 1355 3 CJC, Decr. Greg. II, 9, 2 — Frdbg. II, 271 8 Vgl. S. 135 WALAFRIDIUS, *De exordiis et incrementis*, c. 23 MGH, LL, II, Capitularia Bd. 2, S. 500 — c. 22, ML, 114, 947 16 z. B. in der *Gemma animae* des HONORIUS, lib. I, c. 88 — ML, 172, 573 21 CJC, Decr. III, 1, 69 — Frdbg. I, 1312 f. 27 CJC, Decr. III, 2, 1 — Frdbg. I, 1314 30 Vgl. CJC, Decr. III, 2, 2—4 — Frdbg. I, 1314 f.

distinctione capitulo secundo, tertio et quarto. Praecipit etiam idem „Alexander papa“, ut haec „oblatio ex azymo fieret in modica quantitate, dicens: Quanto paucior, tanto potior“. Rursusque praecepit populum adspergi aqua cum sale exorcizata et benedicta:  
 5 *De consecratione* distinctione tertia, *Aquam*. In componenda oblata in altari est duplex modus, unus Romanus, quem servant Itali et Alemanni cum duobus corporalibus, quorum utrumque pure lineum debet esse: *De consecratione* distinctione prima capitulo *Consulto*, Gallici vero cum uno tantum. „Iuxta Romanum ordinem“ secundum *Micrologum* capitulo decimo, „oblatia in corporali posita, calix ad dextrum“ collocatur „quasi sanguinem Domini suscepturus, quem de dominico latere credimus profluxisse“. Gallicani vero, calice de plica unius corporalis cooperto, oblatam ponunt ante, quod etiam multi faciunt cum duobus ministrantes. In quibusdam *Chronicis*  
 15 legitur, quod „Leo“ primus, de quo infra, „constituit, ut finito Offertorio, super oblatam incensum in memoriam mortis Christi ponatur“. Idem alibi scribitur statutum in concilio Rothomagensi. *Micrologus* capitulo nono dicit Romanum ordinem non concedere,  
 „ut oblatio in altari thurificetur, quod Amalarius [a multis] in prologo  
 20 libri sui *De officiis* Romanos, devitare fatetur, quamvis modo a pluribus, immo paene ab omnibus usurpetur“. „Romanus ordo“,

---

8 *Consulto*] Consules H      18 c. XI ML      19 quod et ML      [a multis]  
 fehlt ML, weil sinnlos, getilgt      21 praelibatis H

2 Vgl. J. MABILLON, *Dissertatio de Azymo et Fermentato*, in den Ouvrages posth., Bd. 1, S. 127, Paris, 1724      5 CJC, Decr. III, 3, 20 — Frdbg. I, 1358,  
 Vgl. *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 127      6 In den Kirchen von Lyon,  
 Orleans und Rouen war ebenso wie zu Cluny und bei den Kartäusern nur ein Korporale Gebrauch. Vgl. MOLÉON, *Voyages liturgiques de France*, S. 57, 60, 198,  
 200, 286, Paris, 1718. Für den Gebrauch von zwei Korporalien vgl. RUPERTUS  
 TUIT., *De officiis divinis*, lib. II, c. 23 — ML, 170, 55; SICARDUS CREM., *Mitrale*,  
 lib. III, c. 6 — ML, 213, 120; *Ordo Rom.*, XIV, 53, ed. MABILLON in *Museum Italicum*,  
 Bd. 2, S. 302, Paris, 1689      8 CJC, Decr. III, 1, 46 — Frdbg. I, 1306      9 (BER-  
 NOLDUS), *Micrologus*, c. 10 — ML, 151, 983 Vgl. DURANDUS, *Rationale*, lib. IV, c. 30,  
 Nr. 22; *Ordo Rom.*, XIV, 53, ed. MABILLON in *Museum Italicum*, Bd. 2, S. 302,  
 Paris, 1689      12 So die von Cluny und Hirschau.      15 „Decreta seu constituta  
 quaedam liturgica ex vetustis codicibus descripta“ (Cod. Reg. 73) bei D. GEORGII,  
*De Liturgia Romani Pontificis*, Bd. 3, Appendix X, S. 435, Rom, 1744 Vgl. DU-  
 RANDUS, *Rationale*, lib. IV, c. 31, Nr. 4; J. BONA, *Rerum liturgicarum*, lib. II, c. 9,  
 Antwerpen, 1789, führt Radulph als Gewährsmann für diese Überlieferungen, fügt  
 aber hinzu: „Sed illis chronicis nulla fides adhibenda est“      17 DURANDUS, *Ra-  
 tionale* I. c.      19 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 11 — ML, 151, 984      21 (BER-  
 NOLDUS), *Micrologus*, c. 11 — ML, 151, 984

ut dicit *Micrologus* capitulo undecimo, „nullam orationem instituit ante Secretam. Iuxta Gallicanum autem ordinem, composita oblatione, dicit sacerdos: ,Veni, sanctificator omnipotens aeternae Deus, benedic hoc sacrificium tuo nomini praeparatum. Per Christum Dominum nostrum.<sup>1</sup> Et inclinatus ante altare non ex aliquo ordine, sed ex ecclesiastica consuetudine dicit: ,Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus in memoriam passionis, resurrectionis, ascensionis Domini nostri Iesu Christi et in honorem sanctae Dei genitricis Mariae, sancti Petri et sancti Pauli et istorum atque omnium sanctorum tuorum, ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem, et illi pro nobis dignentur intercedere in caelis, quorum memoriam agimus in terris. Per Christum.<sup>2</sup> Erectus autem presbyter populum hortatur ad orandum“, dicens: „Orate pro me“, quod Leoni papae adscribitur. In dicta oratione *Suscipe* nativitas Christi commemorari non debet, „cum secundum Apostolum in eiusmodi sacrificio non nativitatem Domini, sed mortem eius annuntiare debeamus“. „Etsi diligentiores ordinis observatores“ in huiusmodi orationibus „multorum consuetudini cedant, superflua tamen summopere devitant“. Unde Praedicatorum, aliis omissis, tres tantum articulos ponunt. Nam praemissis versiculis *Quid retribuam* et *Calicem*, in accipiendo utrumque, quando utrumque tenetur elevatum, breviorem dicunt orationem: „Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offero in memoriam passionis Domini nostri Iesu Christi, et praesta, ut in conspectu tuo tibi placita ascendat et meam et omnium fidelium salutem operetur aeternam. Per Christum.“ Item de profundis inclinati: „In spiritu humilitatis etc.“ et tertio versiculo: „Orate, fratres, ut meum pariter et vestrum in conspectu Domini sit acceptum sacrificium.“ Ambrosiani hoc loco habent prolixas et plures orationes. Secretae orationes dicuntur eo ordine, quo et primae. In Ambrosiano dicuntur alte.

„Post Secretam orditur sacerdos Praefationem in Canonem,

1 instituit post offerendam *ML* 18 plurimorum *ML*

14 HONORIUS, *Gemma animae*, lib. I, c. 89 — *ML*, 172, 573 15 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 13 — *ML*, 151, 985 17 Vgl. „Quae utique oratio a diligentioribus ordinis et comprobatae consuetudinis observatoribus ... qui etsi multoties plurimorum consuetudini cedant, superflua tamen ...“ (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 11 — *ML*, 151, 984 22, 26, 27 Vgl. für die verschiedenen Formeln GEORGIUS, *De Liturgia Romani Pontificis*, Bd. 2, S. 229 ff., Rom, 1743 31 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 11 — *ML*, 151, 984 Vgl. HONORIUS, *Gemma animae*, lib. I, c. 101 — *ML*, 172, 577

in qua superni cives merito commemorantur, quia ibi adesse creduntur. Unde et angelicus hymnus subsequitur.“ *Sursum corda* de Ieremia, *Gratias agamus* de Apostolo est sumptum. „Ideo autem sacerdos“, ut dicit beatus Cyprianus, „ante orationem, Praefatione praemissa, parat fratrum mentes dicendo: ,Sursum corda‘, ut, dum respondet plebs: ,Habemus ad Dominum‘, admoneatur nihil aliud se quam Dominum cogitare debere, claudatur contra adversarium pectus et soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei tempore orationis venire patiamur“: *De consecratione* distinctione prima,  
 10 *Quando autem stamus.* „Praefationes“, ut dicit Gemma, „Dionysius Areopagita putatur composuisse“. Ambrosius librum Praefationum ordinavit, ex quo in *Lombardica* multae Praefationes allegantur. In qualibet autem Missa Ambrosiani officii propria decantatur Praefatio. Beatus autem „Gelasius“ primus, de quo supra  
 15 propositione undecima, „tractatus et hymnos“ in morem beati Ambrosii „composuit et“ inter cetera „Praefationes et orationes cauto et limato sermone fecit“. In antiquissimis etiam nostris missalibus multae continentur. Pelagius autem primus, natione Romanus, qui coepit anno quingentesimo quinquagesimo octavo, „novem Praefationes in sacro catalogo“ decrevit „tantummodo recipiendas“: *De consecratione* distinctione prima, *Invenimus*. Sed Sigibertus hoc adscribit Pelagio secundo. „Urbanus“ secundus, qui coepit anno Domini millesimo octogesimo octavo, „antiquis novem Praefationibus decimam de beata Virgine addidit“ in concilio Placentiae celebrato  
 20 anno millesimo nonagesimo quinto, quae habetur septuagesima distinctione, *Sanctorum*. De altero eius concilio in Francia dixi supra propositione vigesima. Generale est Praefationum, ut eorum temporibus et diebus in omni Missa continuuntur, ubi propria non habetur: titulus *De celebratione Missarum, Consilium*, ut Praefatio  
 25

1 supernorum civium ordines *Micrologus* commemorantur] connumerantur ML  
 2 Am Rande: De praefatione 6 admoneamus H 29 titulus] Ar. H Missae H

2 Vgl. Jerem. 51, 1 3 Vgl. Col. 3, 16 CJC, Decr. III, 1, 70 — Frdbg.  
 II, 1313 Vgl. DURANDUS, *Rationale*, lib. IV, c. 33, Nr. 5 10 HONORIUS, *Gemma animae*, lib. I, c. 89 — ML, 172, 573 12 Gemeint ist wohl die *Historia Lombardica* des JAC. DE VORAGINE. Vgl. S. 70, Anm. 6 14 LI Gelasius 492—496, *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 255 15 Vgl. *Liber pontificalis* l. c.; DURANDUS, *Rationale*, lib. IV, c. 33, Nr. 35 19 CJC, Decr. III, 1, 71 — Frdbg. I, 1313  
 21 SIGEBERTUS, *Chronica ad annum 581*, MGH, SS, Bd. 6, S. 319 -- ML, 160, 109  
 22 Vgl. CJC, Decr. I, 70, 2 — Frdbg. I, 257 und DURANDUS, *Rationale*, lib. IV, c. 33, Nr. 35 27 Vgl. S. 118 29 CJC, Decr. Greg. III, 41, 4 -- Frdbg. II, 636  
 Mohlberg, Radolph de Rivo II.

de Nativitate usque ad Epiphaniam nisi in die Ioannis et octavis, de Epiphania per octo dies, de Ieiunio a die Cinerum usque Palmas tam „in dominicis quam in earum feriis“, ut dicit *Micrologus* capitulo quinquagesimo, in die Palmarum et quattuor diebus sequentibus de sancta Cruce, de Resurrectione a vigilia Paschae usque ad Ascensionem, et de Ascensione abinde usque ad vigiliam Pentecostes, et de sancto Spiritu abinde usque ad Trinitatem et, quoties de sancto Spiritu recolitur, de sancta Trinitate, quoties de ea cantatur et per suas octavas et dominicis diebus intra Trinitatem et <sup>5</sup> Adventum tam in Missa dominicali quam in festo novem lectionum cantatur. Et hoc servant Angli, Alemanni et multae nationes. Et *Micrologus* capitulo sexagesimo dicit hanc Praefationem „ex auctoritate Romana“ in „diebus dominicis“ frequentandam. Sed Fratres sequuntur brevitatem capellarem. De Sacramento et per <sup>10</sup> octavas iterantur Praefatio de Nativitate Domini, de sancta Cruce, de beata Virgine et de apostolis, quoties de illis celebratur et per eorum octavas continuantur et de evangelistis repetitur. „Sixtus primus, natione Romanus“, successor Alexandri, qui coepit anno Domini centesimo vigesimo nono, „constituit, ut“ hymnus *Sanctus*, <sup>20</sup> *sanctus, sanctus* „ante sacrificium diceretur“, dimidium de Isaia, dimidium de evangelio sumens. Item constituit, ne sacra vasa tangerentur nisi a ministris Domini consecratis: *De consecratione distinctione prima capitulo In sancta apostolica*. De hoc supra latius dictum est. „Hunc hymnum et ipse sacerdos dicere debet, <sup>25</sup> ne sua prece se privet, qui et suas et aliorum voces angelicis laudibus admitti in Praefatione deprecabatur.“

„Orationem, quam *Canonem* sive *Actionem* propter regularem sacramentorum confectionem Romano more appellamus, quis composuit, aperte non legimus, nisi quod beatus Gregorius quendam <sup>30</sup> scholasticum illam composuisse testatur.“ Hic scholasticus creditur fuisse beatus Gelasius. „Multa tamen eidem Canoni a sanctis patribus successive inserta legimus“, prout in sequentibus colligitur

---

6 vigilias H    30 illum H    31/32 praelibatis H

3 (BERNOLDUS), <i>Micrologus</i> , c. 50 — ML, 151, 1013	12 (BERNOLDUS), <i>Micrologus</i> , c. 60 — ML, 151, 1020	17 VIII Xystus [s. a.], <i>Liber pontificalis</i> , ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 128	19 <i>Liber pontificalis</i> l. c. Vgl. (BERNOLDUS), <i>Micrologus</i> , c. 11 — ML, 151, 984	20 Js. 6, 3	21 Marc. 11, 10	22 CJC, Decr. III, 1, 41 — Frdbg. I, 1304	24 (BERNOLDUS), <i>Micrologus</i> , c. 11 — ML, 151, 984
26 u. 31 (BERNOLDUS), <i>Micrologus</i> , c. 12 — ML, 151, 984							

tam ex decretis quam ex gestis pontificum Romanorum. Sanctus Clemens primus, natione Romanus, ante consecrationem orationem instituisse dicitur; unde *Te igitur, clementissime pater* a quibusdam ei attribuitur. „Sanctus Alexander“, de quo supra, „ipsius dominicae passionis commemorationem interseri iussit“; unde orationem *Unde et memores* quidam ipsi attribuunt. „De signis autem, quae super oblationem a diversis diverse fiunt“, secundum *Micrologum* capitulo decimo quarto „nos ab apostolica Sede potissimum formam sumere decrevimus, unde totius christianaे religionis ordinem et originem suscepimus. Nam et illi Sedi nostro tempore Deus gubernatorem, reverendaе, inquam, memoriae Gregorium papam imposuit, qui sub decem suis antecessoribus a parvo Romae nutritus et eruditus, omnes apostolicas traditiones diligentissime investigavit et investigatas studiosissime in actum referre curavit. Hunc ergo doctorem religione et auctoritate praecipuum, immo apostolicam traditionem per ipsum in consecrandis mysteriis potissimum imitari decrevimus; sicut nos ipsi per ipsum et episcopos, qui eum imitati sunt, accepimus, imparem numerum semper in dispensatione signorum super oblationem observamus, videlicet unam crucem vel tres vel quinque faciendo. Et hoc utique non sine certi causa mysterii; nam in uno et tribus trinum et unum Deum intimamus, in quinque autem quinquepartitam Domini passionem significamus. Merito autem impar numerus in ecclesiasticis officiis frequentatur, quia numquam in duo aequalia, unitate impediente, dividitur, sicut unitas sanctae Ecclesiae nullatenus eam in duo secari patitur. Imprimis, ubi dicitur „Haec dona, haec munera, haec sancta sacrificia“, tres tantum cruces super panem et vinum communiter facimus, nec umquam panem a calice separamus in consignatione, nisi ubi separatim nominantur in Canone. Ita autem illa communiter signamus, ut erecta pars crucis tantum super panem, transversa autem super calicem protendatur. Nam erecta pars crucis corpus domi-

7 diversae *H* 10 talem Deus *ML* 16 considerandis *H*

1 „Opinio apud plerosque inferioris aevi scriptores inde nata, quod Missa illa, quac S. Clementis nomine circumfertur, vere ipsius Clementis sit, cuius ordinem a b. Petro oretenus accepisset.“ Vgl. D. GEORGIVS, *De liturgia Rom. Pont.*, Bd. 3, S. XXXVI, Dissertatio III, *De sacro Missae canone*, Rom, 1744 Vgl. MARTENE, *De antiquis Ecclesiae ritibus*, lib. I, c. 4, art. VIII, Nr. 3, Antwerpen, 1763  
4 Vgl. S. 133, 141, 143 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 12 — *ML*, 151, 984 6 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 14 — *ML*, 151, 986 11 Gemeint ist Gregor VII

nicum sustinuit, transversa autem ipsius bracchia distendit. Unde et calix congrue sub bracchia eius collocatur, quasi de latere dominico sanguinem Domini suscepturus". „Romana auctoritas nomina vivorum fidelium internumerare permittit“ in primo *Memento* et in secundo nomina „defunctorum“, ut infra dicam. Recitatio autem publica nominum ante preces inhibetur eadem distinctione circa finem. *Micrologus* capitulo decimo tertio dicit, quod secundum „antiquiores et emendatores sacramentarios“ in Canone superfluunt sequentia verba. Primo ibi: Et rege nostro „et omnibus orthodoxis atque catholicae et apostolicae fidei cultoribus; nam in sequenti“ oratione „omnium vivorum“ commemoratio est concessa. „Item“ illa: „Pro quibus tibi offerimus“, quia „offerentes non nisi in tertia persona scripti reperiuntur“. Item pro „circumstantium“ habet „circumstantium“. Item in oratione *Unde et memores* superfluit „eiusdem“. Item in secundo *Memento* sic habet: „Memento etiam Domine et eorum nomina, qui nos praecesserunt cum signo etc.“ Sed haec „antiquae“ Romanae „traditionis exsecutio iam non sine scandalo locum habere videtur, quod iuxta Apostolum et evangelium devitare debemus. Nimis autem temerarium videtur, ut nos antiquo Canoni ad libitum nostrum adiciamus, nisi quae a sanctis patribus adiecta vel adicienda esse cognovimus, praecipue cum inter sanctos patres nulli aliquid adieccisse legantur, nisi qui et apostolica auctoritate praediti hoc facere potuerunt. Optimum ergo videtur, ut in hac causa terminos patrum nostrorum non excedamus, nec nos apostolicae auctoritatis reos efficiamus, si, quod soli apostolicae competit potestati, Canonem nostris interpositionibus prae-sumimus augmentare.“

„Siricius papa“, natione Romanus, qui coepit anno Domini trecentesimo octogesimo octavo, secundum quaedam *Chronica* „instituit in Canone“ Missae „Communicantes et memoriam veneran-

17 haec] hoc *H* exsecutio] exercitio *H* 18 videtur für possit *ML*  
20 aliqua für antiquo *ML*

3 Vgl. (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 13 — *ML*, 151, 985 6 CJC, Decr. III,  
1, 73 — Frdbg. I, 1314 8—16 Vgl. (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 13 — *ML*, 151, 985  
17 Vgl. (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 6 — *ML*, 151, 981 18 Rom. 14, 13; Matth. 18, 7  
23 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 12 — *ML*, 151, 985 28 XL Siricius 384—399,  
*Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 216 Vgl. DURANDUS, *Rationale*, lib. IV,  
c. 39, Nr. 1 D. GEORGIUS, *De liturgia Romani Pontificis*, Bd. 3, Dissertatio III: *De*  
*sacro Missae canone*, S. XXXVI, führt Radolph als Gewährsmann für diese Über-  
lieferung an. Vgl. dagegen die „Decreta, seu constituta quaedam liturgica ex  
vetustis codicibus descripta“ (Cod. Reg. 73) GEORGIUS l. c. S. 436 f., Rom, 1744

tes etc.“ „Aliorum autem sanctorum nomina annumerare non debemus, nisi quos antiquitus descriptos in Canone reperimus, excepto“ secundum *Micrologum* capitulo decimo tertio in oratione „post Pater noster, ubi iuxta ordinem quantumlibet sanctorum nomina internumerare possumus.“ „In summis quoque festivitatibus quaedam Canoni in illo loco, ubi dicitur *Communicantes* vel *Hanc igitur oblationem*, interponimus, quae tamen ex antiquioribus et emendatioribus sacramentariis interponenda esse didicimus, videlicet in Natali Domini, in Epiphania, in Coena Domini, in Pascha, in Ascensione et Pentecoste“. 10 Et haec in suis tantum diebus principalibus interponi debent et sex diebus, per quos festivitates Paschae et Pentecostes sunt extensae. „Gregorius tertius“, natione Romanus, qui coepit anno septingentesimo trigesimo primo, „in basilica beati Petri oratorium faciens in honorem omnium sanctorum, adiecit in Canone: ,Quorum sollemnitas 15 hodie in conspectu tuae maiestatis celebratur, Domine Deus noster, in toto orbe terrarum‘, quod quia specialiter ad illam pertinet celebritatem, non est Canoni, qui generaliter dicitur, adnotatum.“ Principium orationis *Hanc igitur*, quod adscribunt sancto Leoni Magno, de quo infra. Beatus autem Gregorius primus adiecit: „Diesque 20 nostros in tua pace“ usque „Per Christum“, ut omnes scribunt et dicetur. De verbis autem consecrationis institutis dictum est supra, ubi ad decretum Innocentii tertii fuit remissum. „Sacerdos autem humiliationem Christi usque ad mortem crucis nobis indicat, quando se usque ad altare inclinat dicendo: ,Hanc igitur oblationem‘. Et 25 statim in sequentibus narrationem de dominica passione orditur, quam usque ad *Supplices te rogamus* observat, quo usque iuxta altare se inclinans, Christum in cruce inclinato capite spiritum tradidisse signat.“ Et ibi: „Ut nobis fiat corpus et sanguis‘, subau-

---

24 usque ad crucem *ML*    25 narratio . . . ordinatur *ML*    26 quam = culus typus *ML*    observatur *ML*    quo = ibi videlicet sacerdos *ML*    28 significat *ML*

1—5 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 13 — *ML*, 151, 985    5 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 12 — *ML*, 151, 985    12 XCII Gregorius 731—741, *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 415    12—17 WALAFRIDUS, *De exordiis et incrementis*, c. 23, MGH, LL, II, Capitularia Bd. 2, S. 503 — c. 22 *ML*, 114, 949 f. Vgl. *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 417    19 LXVI Gregorius 590—604 Vgl. (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 12 — *ML*, 151, 984 WALAFRIDUS, *De exordiis et incrementis*, c. 23, MGH, LL, II, Capitularia Bd. 2, S. 501 — c. 22 *ML*, 114, 949, *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 312    21 Vgl. S. 129 (CJC, Deer. Greg. III, 41, 6 — Frdbg. II, 636 f.)    22—28 Vgl. (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 16 — *ML*, 151, 987    28 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 14 — *ML*, 151, 986 f.

ditur ‚haec oblatio‘. Et hic congrue super utrumque tres cruces facimus, licet quinque dictiones ad hoc aptas habeamus, ne quin narium“, de quo supra, „excederemus, et quintam crucem super calicem quasi quinti vulneris indicem, unde sanguis cum aqua pro-  
5 fluxit, competenter faceremus.“ „In Canone igitur passio Domini potissime commemoratur iuxta evangelium: *Hoc quotiescumque etc.* et Apostolum: *Quotiscumque igitur etc.*“ „Unde sacerdos“ secundum *Micrologum* capitulo decimo sexto „per totum Canonem in manuum expansione tam mentis devotionem quam Christi in cruce  
10 extensionem praesignat iuxta illud: *Expandi manus meas tota die.* Digi-  
ti ergo pro superflua cautela non semper contrahantur. Male enim cauti sumus, si Christum imitari summopere non studemus. Congruit ergo, ut manus infra Canonem expandamus, observato,  
ne quid digitis praeter corpus Domini tangamus, nec manus re-  
15 mittere debemus, nisi sanctae cruces fuerint facienda.“ In oratione  
*Supra quae* „Leo primus, natione Tuscus“, qui coepit anno Domini quadringentesimo quadragesimo tertio, in ordine quadragesimus septimus, et in homiliis declarandis multum valuit, ut omnia *Chronica* dicunt, addidit: „Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.“  
20 Ad orationem *Supplices te rogamus* profunde est inclinandum. Et hic supplenda sunt sanctorum dicta, quibus adstruitur totam curiam caelestem, scilicet Virginem gloriosam, choros angelorum omnesque sanctos tempore consecrationis adesse. In *Memento* secundo „post mortem Christi sequitur memoria mortuorum, quia nec alii defuncti  
25 commemorandi sunt, nisi qui in Christi morte redempti in Christo hanc vitam finierunt.“ Unde in concilio Cabilonensi scribitur, et ponitur *De consecratione* distinctione prima capitulo *Visum*, quod

1 congrue autem prius *ML*      2 ad signa facienda aequipollentes habere-  
mus, ut . . . non *ML*      3 habemus *H*      4 cum aqua fehlt *ML*      5 . . . per totum  
Canonem dominicae passionis commemorationem potissimum actitari *ML*      9 non  
tam *ML*

5—15(BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 16 — *ML*, 151, 987 Von „nec“ an (Z. 14) freies Zitat: „Presbyter autem manus raro remittere solet, nisi cum necessario pro-  
positam oblationem benedicere debet“ 6 *Luc.* 22, 19 7 *I Cor.* 11, 24 10 *Js.* 65, 2  
16 XLVII Leo 440—461, *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 228 16—19 Vgl.  
WALAFRIDUS, *De exordiis et incrementis*, c. 23, MGH, LL, II, Capitularia Bd. 2, S. 501  
— c. 22, *ML*, 114, 949 und (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 12 — *ML*, 151, 984 DU-  
RANDUS, *Rationale*, lib. IV, c. 43, Nr. 13 *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1,  
S. 239 21 Vgl. S. GREGORIUS M., *Dialogorum*, lib. IV, c. 58 — *ML*, 77, 428  
INNOCENZ III, *De sacro altaris mysterio*, lib. V, c. 5 — *ML*, 217, 891 23 Vgl.  
(BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 17 — *ML*, 151, 987

memoria facienda est pro spiritibus „in omnibus Missarum sollemniis loco competenti“. Et „hunc morem antiquitus Ecclesia tenuit“, ut hoc ipsum „ex dictis beati Augustini“ confirmatur. „Sacerdos“ in verbis „Nobis quoque<sup>1</sup> vocem exaltans centurionem designat, qui,<sup>5</sup> visa morte Christi, voce exaltata dixit: *Vere Filius Dei erat iste.*“ Sancti Martyres hic et superius non ordine, quo passi sunt, inscribuntur. Unde notari potest, quod Canon ab eodem vel tempore eodem non fuerit ordinatus. „Quattuor hic cruces super calicem fiunt et quinta in eius latere iterum ut prius ad laterale vulnus<sup>10</sup> dominicum signandum. Unde calix iuxta Romanum ordinem ex eodem latere tangitur. Incongrue autem<sup>2</sup> secundum *Micrologum* capitulo decimo septimo „duae cruces in latere fiunt, quia in latere Christus nisi unum vulnus habuit. Sed reverendae memoriae Gregorius papa fecit, ut praediximus, quod beatus Anselmus, Lucensis<sup>15</sup> episcopus, ita ab eo se didicisse testatus est. Et hoc ita semper observavit nobisque itidem observandum firmissime inculcavit“ secundum *Micrologum*. Hic in Ambrosiano fit confractio et cantatur antiphona, quae ex eo *Confractio* appellatur. „Ad ,Per omnia saecula saeculorum‘ corpus cum calice levatur et statim depositum<sup>20</sup> cooperitur, quia et Ioseph Domini corpus in cruce levavit et in sepulcro depositum lapide operuit. Hucusque calix pro cautela opertus videbatur. Deinde magis pro mysterio operitur, quia sicut Christus tres dies coopertus iacuit in sepulcro, ita et nos corpus dominicum et calicem cooperimus, quousque tres articulos orationis<sup>25</sup> expleamus, utpote dominicae orationis praefationem, dominicam orationem et illam, quae sequitur, quae *Embolis* dominicae orationis nuncupatur.“ „Gregorius“ primus, natione Romanus, doctor egregius, in ordine sexagesimus primus, qui coepit anno Domini quingentesimo nonagesimo secundo, „inter multa utilia, quae“ Ecclesiae fecit et „instituit, antiphonarium regulariter centonizavit“ et utiliter „compilavit, *Kyrie eleison* a clero ad Missam cantari praecepit, *Alleluia*“ ex Hierosolymorum ecclesia in usum Romanae Ecclesiae extra Septuagesimam cantari „fecit“ et a Septuagesima usque ad Pascha *Tractus*. In Canone „Diesque nostros in pace

<sup>1</sup> Vgl. CJC, Decr. III, 1, 72 — Frdbg. I, 1313 f.    <sup>3</sup> Vgl. (BERNOLDUS) *Micrologus*, c. 17 — ML, 151, 988    <sup>5</sup> Matth. 27, 54    <sup>8</sup> (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 17 — ML, 151, 988    <sup>18</sup> (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 17 — ML, 151, 988    <sup>27</sup> LXVI Gregorius 590—604, *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 312 Vgl. RUPERTUS TUIT., *De divinis officiis*, lib. II, c. 21 — ML, 170, 47 und BERNO, *Libellus de quibusdam rebus ad missae officium pertinentibus*, c. 1 — ML, 142, 1057

tua disponas' usque ad „Per Christum Dominum nostrum“ et post Canonem consecrationis „Praeceptis salutaribus moniti“ superaddidit et „dominicam orationem se adiecissee in registro suo asserit, ubi quibusdam inde murmurantibus humili responsione satisfecit,  
 5 inconveniens esse asserens, ut oratio, quam scholasticus composit, super oblationem diceretur et illa praetermitteretur, quam ipsi apostoli ex institutione dominica in confectione eorundem sacramentorum usitasse creduntur.“ „Praeceptis salutaribus“ etc., „Pater noster“ etc., „Libera nos, Domine, ab omni malo, praesentibus, praeteritis et  
 10 futuris, et intervenientibus beata et gloria semper Virgine Dei genitrice et beatis apostolis Petro et Paulo atque Andrea — hic nominet secundum *Micrologum* capitulo vigesimo tertio, quotquot sanctos voluerit — cum omni(bus sanctis), da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiae tuae adiuti et a peccato simus  
 15 semper liberi — hic patenam accipiat et osculatam deponat secundum *Micrologum* — et ab omni perturbatione securi.“ Hic et ad „Per Dominum“ super patenam fit confractio, primo a latere dextro ad designandum dominici corporis percussionem, deinde maior pars in duo frangitur“ secundum *Micrologum* capitulo decimo septimo.  
 20 „Una pars in calicem mittitur“, una a sacerdote „ante calicis participationem sumitur“ et „tertia communicaturis seu infirmis dimittitur“. Quid istae partes significant, dicit Sergius papa: *De consecratione* distinctione secunda, *Triplex* et libro quarto *Sententiarum* distinctione duodecima. Gallicano autem more super calicem fit  
 25 confractio. Particula missa „in calicem, Romano ordine sub silentio dicit sacerdos: ,Fiat commixtio et consecratio corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi accipientibus nobis in vitam aeternam. Amen.‘ Beatus Innocentius papa“, natione Albanensis, „in ordine quadragesimus tertius, qui coepit anno Domini quadringentesimo

13 bus sanctis nicht im Text. Am Rande subintelligendum est, fortasse humilitate 23 *Triplex*] Triforme CJC

3 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 12 — ML, 151, 984 S. GREGORIUS, *Registri epistolarum*, lib. IX, c. 12, *ad Ioannem Syracusanum* — ML, 77, 956 8 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 23 — ML, 151, 994 f. 16 Von hier an geht die Anleihe an c. 17 über bis Z. 22 Vgl. (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 17 — ML, 151, 988 22 LXXXVI Sergius 687—701, *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 371 23 CJC, Decr. III, 2, 22 — Frdbg. I, 1321 Vgl. dazu *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 376 und die Bemerkung bei A. FRANZ, *Die Messe im deutschen Mittelalter*, S. 436, Ann. 1, Freiburg i. B., 1902 PETRUS LOMBARDUS, *Sententiarum*, lib. IV, c. 12 — ML, 192, 866 25 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 18 — ML, 151, 989

septimo, constituit pacem dari post confraktionem<sup>1</sup>: *De consecratione* distinctione undecima, *Pacem*. „Et congrue pax datur ante communionem, quia iudicium sibi manducat et bibit, quicumque non prius fratri suo repacificatus communicare praesumpserit. Cum adstanti pacem damus, dicere solemus: ,Pax tecum'; responsio: ,Et cum spiritu tuo.' Sergius<sup>2</sup> primus, natione Syrus, „in ordine octogesimus septimus, qui coepit anno Domini sexcentesimo septuagesimo septimo, constituit, ut in tempore fractionis dominici corporis *Agnus Dei* a clero et populo decantetur, videlicet ut ille nobis propitietur<sup>3</sup>, qui pro nobis innocens oblatus est. „Inclinatus autem dicit, antequam communicet: ,Domine Iesu Christe, qui voluntate Patris, cooperante Spiritu sancto, per mortem propriam mundum vivificasti, libera me per hoc sacrosanctum corpus et sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus et malis meis et fac me tuis inhaerere mandatis et a te numquam in perpetuum separari, qui cum Patre.' Cum distribuit eucharistiam, dicit: ,Corpus et sanguis Domini nostri Iesu Christi proficiat tibi in vitam aeternam. Amen.' „Omnes debent communicare, et interim cantatur antiphona, quae de communione nomen mutuavit, cui et psalmus subiungendus<sup>4</sup>, secundum *Micrologum* capitulo decimo octavo, „cum *Gloria Patri*, si necesse fuerit. Et haec antiphona semper habet eundem psalmum cum Introitu, si non habet proprium, ex quo sumpta videatur<sup>5</sup>. Romae in antiquis libris huiusmodi versus annotantur. In Ambrosiano appellatur *Transitorium*.

<sup>25</sup> „Orationem, quam inclinati dicimus, antequam communicemus, non ex ordine, sed ex religiosorum traditione habemus, scilicet: ,Domine Iesu Christe, qui nobis', item et illud: ,Corpus et sanguis Domini nostri Iesu Christi', quod dicimus, cum aliis eucharistiam distribuimus. Sunt et aliae multae orationes, quas quidam ad pacem et communionem privatim frequentant; sed<sup>6</sup> secundum *Micrologum* capitulo decimo octavo „diligentiores antiquarum traditionum observatores nos in huiusmodi privatis orationibus brevitati studere

---

1 confraktionem] confectionem sacramentorum *ML*      14 et malis fehlt *ML*  
31 antiquiorum *ML*

1 CJC, Decr. III, 2, 9 — Frdbg. I, 1317      2 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 18  
— *ML*, 151, 789      3 I Cor. 11, 29      6 LXXXVI Sergius 687—701, *Liber pontificalis*, ed. DUCHESNE, Bd. 1, S. 371      10 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 23 — *ML*, 151, 995      18 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 18 — *ML*, 151, 989      25 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 18 — *ML*, 151, 989

docuerunt potiusque publicis precibus in officio Missae occupari voluerunt. Nam beatus Innocentius papa, scribens beato Augustino et Aurelio episcopis asserit, quod nos plus communibus et publicis quam singularibus et privatis orationibus proficere poterimus.“ „Non 5 est autem authenticum, quod quidam corpus Domini intingunt et intinctum pro complemento communionis populo distribuunt. Nam ordo Romanus contradicit, et Iulius quoque papa, in ordine trigesimus sextus, episcopis Aegypti scribens huiusmodi intinctionem penitus prohibet et seorsum panem et seorsum calicem iuxta do-10 minicam institutionem sumenda docet. Unde et beatus Gelasius papa, in ordine quinquagesimus primus, scribens quibusdam epis- copis excommunicari illos praecepit, quicumque sumpto corpore dominico, a calicis participatione se abstinuerunt. Nam et ipse in eodem decreto asserit: „Huiusmodi sacramentorum divisio sine grandi 15 sacrilegio provenire non poterit.“ Postquam omnes communicaverunt, dicit sacerdos sub silentio hanc orationem iuxta Romanum ordinem: „Quod ore sumpsimus, mente capiamus, et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.“ Qua finita, sequitur oratio sive orationes post communionem dicendae, quae eodem 20 numero et ordine Orationibus ante lectionem sive Secretis ante Praefationem dictis debent respondere. Quae utique orationes non pro his, qui communicaturi sunt, sed qui iam communicaverunt, iuxta proprietatem sui nominis agunt. Ergo et ante ipsas communi- nare non neglegunt, quicumque earundem orationum benedictione 25 foveri desiderant. His ita finitis, subsequitur *Benedicamus Domino* sive *Ite missa est*, si tamen ad festum fiunt, quod *Gloria in ex- celsis* habere debuit; respondent omnes: *Deo gratias* iuxta Apostolum pro collatis beneficiis agentes.“ „*Ite missa est*, a quo Missa nomen accepit, de Veteri Testamento sumitur, ubi scilicet Pharaon 30 populum ire iussit, sive ubi Cyrus populum a Babylone ire prae- cepit. *Benedicamus Domino* sumptum est de psalterio, *Deo gratias* de Apostolo. Et haec dici Leo papa constituit. Benedictionem episcopalem Martialis episcopus, apostolorum discipulus, ex ma-

2 occupare *H* 9 episcopo *H* 27 aliquod festum fuerit *ML*

4 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 19 — *ML*, 151, 989 f. 10/11 Vgl. S. 145,  
Anm. 14 27 Rom. 6, 17; I Cor. 15, 17; II Cor. 2, 14 u. a. 28 HONORIUS,  
*Gemma animae*, lib. I, c. 90 — *ML*, 172, 573 30 Gen. 13, 31 (I Esdr. 1)  
31 Ps. 15, 7; 102, 1 f. etc. I Cor. 15, 17 etc.

gisterio apostolorum tradidit, quas probabile studium servientium auxit. Ambrosius dicere coepit, isque mos ex eo usquequaque convaluit.“ „Apostolicus autem hanc tantum, quae finita Missa dicitur, dicit. Finitis omnibus, osculatur altare dicens: ,Placeat tibi,  
 5 sancta Trinitas, obsequium servitii mei, et praesta, ut hoc sacrificium, quod oculis tuae maiestatis ego indignus obtuli, mihi et omnibus, pro quibus illud obtuli, te miserante, sit propitiabile. Per Christum Dominum nostrum.’ Exuens se vestibus sacris cantat *Hymnum trium puerorum*. Unde sancti patres in quarto Toletano  
 10 capitulo decimo quarto decreverunt, ut sacerdos excommunicationi subiaceret, qui eundem hymnum post Missam dicere neglexerit. Psalmum quoque *Laudate Dominum in sanctis eius* in gratiarum actionem subiungens, *Kyrie eleison*, *Pater noster*, versum *Confiteantur tibi Domine omnes*, versum *Exsultabunt*, versum *Exsultant iusti*, versum *Non nobis*, versum *Domine exaudi orationem meam*;  
 15 (*oratio*) *Deus qui tribus pueris*, *oratio Actiones nostras*.“

Videmus ex praemissis, quam curiose omnia in sancto Missae officio servanda sunt constituta et authentice introducta, quae omnia nos movere debent, ne officia Romana a suis locis sine causa mutemus  
 20 aut aliter, quam scripta sunt, observemus. Nam beatus Alexander, cuius supra mentionem fecimus, ait: *Sicut haec „oblatio omnes“ alias „praecellit et potior est ceteris, ita potius excoli debet et venerari: De consecratione distinctione secunda, Nihil.*

Excolamus igitur et veneremur sanctas Missas Gregoriani  
 25 officii, et ante omnia Missas dominicales cum earum glorificationibus omnino diebus dominicis, nisi maior festivitas impedit, honoremus, nec eas ponamus sub tristitia feriali. Missae igitur dominicales inter Pascha et Pentecosten, inter octavas maiores et, quando vigiliae sanctorum in dominica occurront et, si quae sint aliae, in  
 30 eorum dominicis cum debitibus glorificationibus imponantur, nec putandum sufficere, ut in feria dominicalis laetitia observetur. Epistulae et Evangelia, quas a Romana habemus Ecclesia, non omittantur, Missaeque aliae propriae et speciales cum dominica et aliis

---

1 quorum proprium studium Dei servitium auxit *ML*      5 servitutis meae *ML*  
 10 examinationi *ML*      16 oratio *fehlt H*

4 (BERNOLDUS), *Micrologus*, c. 22 und für die Gebetstexte c. 23 — *ML*,  
 151, 992 und 995      12 Ps. 150      20 Vgl. S. 137 u. a.      21 CJC, Decr. III, 2, 8 —  
*Frdbg. I, 1317*

festis occurrentes, primo mane vel alias hora congrua suppleantur. Missa pro primo mane in diebus Ioannis evangelistae, Ioannis Baptistae et Laurentii et, si quae aliae sint, non neglegantur. Quando autem eodem die beatus Gregorius duplices ordinavit ut in utroque festo sanctae Crucis, in die Augustini, in die Decollationis, in die Omnia sanctorum et, si quae aliae sint, illae omnino in aliquo loco suppleantur ipso die. Et hoc observetur, quoties propter maiorem festivitatem occurrentem Missa Gregoriana locum suum nequit habere.

---

9 sumnum *H*

---